

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5473

Auteur(s) : Raoul Grosparmi, légat pontifical, Albano (évêque)

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye, abbé)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1269, 6 août

Lieu d'émission : Coutances

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

L'évêque d'Albano et légat apostolique Raoul [Grosparmi] fait savoir à l'abbaye de Troarn qu'il a réglé le conflit entre eux et le chapitre de Coutances. En effet, l'abbaye de Troarn a donné au prieuré de Brewton les possessions qu'elle détenait dans le diocèse de Bath et le prieuré a donné en échange ce qu'il possédait dans le diocèse de Bayeux et de Coutances. Or, le prieur de Brewton possédait une prébende dans le chapitre, droit que le chapitre refusait à l'abbé de Troarn. L'évêque d'Albano décide que l'abbé de Troarn sera prébendé du chapitre de Coutances mais qu'il ne pourra pas participer à l'élection de l'évêque.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, col. 99 et col. 418.
- b. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 274, p. 413-414.

Texte établi d'après b

Radulphus, miseratione divina episcopus Albanensis, apostolice Sedis legatus, religiosus viris abbati et conventui monasterii Troarnensis, ordinis sancti Benedicti, Bajocensis diocesis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum religiosi viri, prior et conventus prioratus de Brewthonia, Bathoniensis diocesis, ordinis sancti Augustini, omnia que habebant in civitate et diocesi Constantiensi cum quibusdam possessionibus quas in predicta Bathoniensi dyocesi habebatis in perpetuum commutassent, ad hoc venerabilis in Christo patris J[ohannis], Dei gracia Constantiensis episcopi, accedente consensu, et capitulum Constantiensis ecclesie, se vobis super canonia et prebenda quas dicti prior et conventus in eadem obtinebant ecclesia opposcentes, vos eas non permetterent pacifice possidere. Tandem, nobis super hoc interponentibus, pro concordia partes nostras, tam vos quam capitulum ipsum, de ipsius episcopi beneplacito, super hoc ordinationi nostre vos concorditer submisistis. Nos igitur, tam monasterii vestri quam Constantiensis ecclesie utilitate pensata, ordinamus et statuimus quod easdem canoniam et prebendam cum juribus omnibus que dicti prior et conventus habuerunt olim et quidam alii religiosi habent ad presens in Constantiensi ecclesia supradicta ibidem perpetuis temporibus habeatis, sicut eas predicti prior et conventus habuisse noscantur, et eas vobis qua fungimur auctoritate conferimus et concedimus a vobis perpetuis temporibus possidendas. Nolumus tamen quod electionibus episcoporum Constantiensium intersitis, sicut nec prior interfuisse dicitur supradictus. In cujus rei testimonium, presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri munimine roborari.

Actum et datum Constantiis, in palacio episcopi supradicti, VIII ydus augusti, apostolica Sede vacante, anno Domini millesimo ducentesimo LX° nono.
(Sous le repli :) Symon Anglicus.